Indiculi instar esse possit elucubrationis hujus moralis ἀναϰεφαλαίωσις sive recapitulatio compendiaria.

INtroitus à B. Basilio, μοναίζοντι quidem, nec tamen relinquere semetipsum vel in monasterio sustinente, petitus, variègq; attemperatus ad præsens institutum morale. Delineatur scandalum suiipsius actuale & potentiale; ejusdemq; existentia producitur ex locis N.T. operosiùs illustratis Matth. XVIII. 7. 8. XV. 19. 20. Rom. VII. 15. Jac. I. 14. 15. §. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7. *Non cecidit actuale in Adamum primum, adhuc integrum; multoq; minus in secundum cadit* §. 8. *Excitatur ob varias causas, quæ commonstrantur explicatiùs ac subinde removentur: imprimis autem* א) ob agnitam in spiritualibus totalem impotentiam §. 9, 10. *Consilium morale de remotione hujus causæ* §. 11. ב) ob agnitam cùm naturalem, tùm ascititiam in spiritualibus resistentiam, §. 12. *Consilium morale de remotione hujus causæ*, §. 13. ג) ob agnitam abdicandæ pravæ consuetudinis difficultatem §. 14. *Consilium morale de remotione hujus causæ* §. 15. ד) ob peccata quotidianæ incursationis voluntaria & involuntaria §. 16. *Consilium de remotione istius causæ* §. 17. ה) ob recrudescentiam conscientiæ erroneæ, dubiæ & scrupulosæ, adeoque ob insufficientem animi in credendis, agendis & sperandis convictionem §. 18. *Consilium de ejus remotione* §. 19. ו) ob ingravescentiam malorum corporis & fortunæ §. 20. *Consilium de ejus remotione* §. 21. ז) ob bonorum spiritualium abusum §. 22. *Consilium de remotione istius* §. 23. ח) ob insufficientem pœnitentiam ac devotionem in precando §. 24. *Consilium de ejusdem remotione* §. 25. ט) ob incertam in bono perseverantiam §. 26. *Consilium de remotione istius incertitudinis* §. 27. י) ob somnia, in proprium animæ damnum quasi vigilantia §. 28. *Consilium de remotione hujus etiam causæ* §. 29. *Omittitur hâc vice plurium causarum annotatio, & annectitur clausula elucubrationis votiva, scandalorum tàm externorum, quàm internorum* προφυλαϰτιϰὴ *sive præcautoria.*

S. D. G.

Coll. diss. A. 115, misc. 26

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG